IOAN. ANTON:
MANGILII
I. C. PISAVRENSIS
TRACTATVS
DE
EVICTIONIBVS;

IN QVO AGITVR DE MATERIA CONTINGENTE NE DVM in Venditionibus, & bonorum alienationibus in genere factis à perſonis priuatis, Principe, ſeu illius Fiſco, ſed etiam ſpeciatim in Creditis, Iuribus, Actionibus, Pignoribus, Hypothecis, Cenſibus, Ceſſionibus, Annuis redditibus, Prælegatis, Legatis, Hæreditatibus, Fideicommiſſis, Feudis, Emphyteuſi, Tranſactionibus, Permutationibus, Inſolutum Dationibus, Dotibus, Donationibus, Retractibus, Iure Patronatus, Bonis Eccleſiaſticis, Beneficiis, Nominibus debitorum, Rebus alienari prohibitis, Locationibus, Conductionibus, Alluuionibus, Vſufructu, ac de damnis & intereſſe prædictorum occaſione debitis expenſis, & meliorationibus, iuxta iuris communis, & Doctorum ſententias, & præſertim Sacræ Rotæ Romanæ Decreta terminatis.

OPVS FREQVENTISSIMVM, ET MAXIME PRACTICABILE, ET CVNCTIS

Iuris Profeſſoribus, & iudicia exercentibus valde vtile.

CVM ARGVMENTIS, ET SVMMARIIS CVIVSVE QVÆSTIONI APPOSITIS,

& duplici Indice, vno ſingularum Quæſtionum & contentorum in eis, altero verborum, rerum, & ſententiarum, quæ in toto opere continentur.

Editio Nouiſſima, à mendis innumeris quibus prior ſcatebat accuratiſſimè repurgata.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

Sumptibus & Typis Samuelis Chouët.

M. DC. LXVIII.

DE EVICTIONIBVS TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Euictio vnde orta, illius ratio, quid ſit, quotuplex, & ad quæ detur eius petitio.

SVMMARIVM.

1 *Euictio ex conſuetudine contrahentium inducitur, non Notariorum.*
2 *Euictionis actio, quare detur aduerſus venditorem.*
3 *Euictio quid ſit.*
4 *Euictio quotuplex, & num. ſeqq.*
5 *De euictione vt agi poſſit, requiritur ſententia.*
Primo fallit in actione ex ſtipulatu ratione contrauentionum num. 6.
Secundo fallit, quando quis doloſè vendidit, n. 8.
Tertio fallit, quando venditus eſt iurata, & venditor non impleuit, num. 9.
Quarto fallit in dote, num. 10.
7 *Emptori licet quærere traditionem ab alio ſibi ſieri rei alienæ ſibi venditæ.*
11 *Intereſſe debetur actione ex empto, quatenus ex dicta de empto actione de iure infertur.*
12 *Actio ad intereſſe tantum datur in caſu euictionis ſecutæ.*
13 *Simpli perſecutio actiones continet, quibus rem, ſeu æſtimationem proſequimur.*
Declaratur, vt ibid. num. 14.
15 *Euictio quandoque ſit ſibimetipſi.*
16 *Euictionis petitio ſit ſecundum ea, quæ ſunt præſcripta in venditione.*
17 *Refertur caſus in materia euictionis, qui Romæ contigit.*

QVÆST. I.

1 EVICTIONVM tractatus in foro aſſiduus, & maximè practicabilis eſt, & ex conſuetudine contrahentium inductus, quæ efficit, hanc euictionem eſſe de natura contractus, quemadmodum & ipſa contrahentium conſuetudo efficit, vt euictio, quæ nouum factum infert diuerſum ab ipſa emptione, & venditione de natura ipſius emptionis, & venditionis fieret l. quod ſi nolint, §. quia aſſidua de ædil. edict. Non enim ante diſpoſitionem dicti § quia aſſidua euictio legis diſpoſitione aliqua pronunciata fuit de natura emptionis, & venditionis; ſed lex illa habita ratione aſſiduæ conſue-
2 tudinis ita conſtituit. Quare non notariorum conſuetudo, ſed contrahentium ad hanc naturam inducendam ſpectatur. Actionem verò Græci appellant βεβαίωσιν, quam intendunt emptores venditori, ſi alio quopiam rem ſibi venditam vendicante venditionem non conſtituit venditor, vt ſcribit Suidas in d. verb. βεβαίωσις, & eam quidem exempto pro re euicta decernunt leges emptori aduerſus venditorem, per quam venditor ſi dominus eſt, emptoris rem facere tenetur, ſicut è conuerſo emptor pretium venditoris fieri curare debet. Quod ſi dominus non fuerit, qui vendit, emptor euictionis nomine venditorem obligat l. exempto de act. empt.

Antiquitus etiam hoc erat ex ſubſtantia mancipationis, Nam mancipio rem dare nihil aliud erat, quam euictionem promittere. Mancipium enim dominium, & poſſeſſionem ſignificat, vel dominij traditionem, & mancipio accipere ex lege emere, vt pluribus tradit Budæus in Annot. ad Pandectas in l. 2. vbi de vindiciis, de orig. iur.

3 Euincere autem in genere eſt rem auferre l. non tamen de euict. vel contra venditorem venire Bald. in l. fin. §. in computatione col. fin. in fin. C. de iur. delib. Rota Florent. penes Magon. in decis. 93. n. 5.

Et ſecundum alios; Euincere eſt rem à poſſeſſore dominij, vel hypothecæ iure auocare, & per iudicem, ſeu per iudicium auferre, vt ait Pompon. I. C. in l. ſi pro re pupilli. §. fin. ff. de euict. tollere, vel abducere, l. habere licere, ff. eod. Vnde Modeſtinus in leg. Herennius, §. Caia Seia, ff. eod. inquit, euictione ſecuta fundus ablatus, & fiſco abiudicatus eſt, & in l. minor. 25. ann. d. tit. ſi ei fundus Prætoria cognitione ablatus fuerit. Cum qua conuenire videtur Spiegel. in lexicon. iur. ciuil. in verb. euictio, cum ait, euictio eſt, aut rei emptæ, aut alia, & honeſta cauſa acceptæ, iudicis decreto interpoſito, abductio, vel amiſſio, per l. euicta, §. 2. ff. de euict. ſequitur Barnabas Briſon. de verb. ſignific. lib. 5. in verſ. euincere, & ante hos idem docuit Azo. in tit. de euict. n. 1.

4 Sciendum eſt præterea, euictionum quaſdam eſſe proprias, quaſdam improprias, aliquas tacitas, & quaſdam expreſſas.

Propriæ ſunt, quando res eſt euicta ratione dominij, & agi poteſt ad pretium, & duplum, ſecus ſecundum aliquos ſi ratione nudæ poſſeſſionis, quia tunc non agitur quaſi re euicta, ſed quaſi re non liberè tradita, vt libera tradatur. Eſt caſus, & ibi ſtat in textio in princ. ff. act. empt. latè Bald. & Salyc. in l. 1. C. de commod. & peric. rei vend. Socin. ſen. in conſil. 199. nu. 8. lib. 2. Iaſ. in l. venditores in fin. ff. de verb. oblig. Cardin. Alban.

INDEX
RERVM, AC VERBORVM
In hoc Tractatu contentorum locupletiſsimus.

Prior numerus quæſtionem, ſecundus numerum marginalem denotat.

A

ABlatiuæ abſolutæ faciunt conditionem, q.72.n.3.
Et formam important. ibid.n.2.
Abſens tempore ſententiæ agi de euictione, dum modo litem defenderet, & lite aſſuerit. q.9. num.23.
Abſens ex iuſta & probabili cauſa agit de euictione.q.9.nu.37.
Abſenti venditori non requiritur denunciatio. q.43.n.47.
Declara ut numer. ſeqq. & quomodo ſit facienda denunciatio. ibid.
Abſolutio ab expenſis locum habet, ſi victus acquieuit ſententiæ licet appellatum ſit, & poſtea deſerta ſit appellationis cauſa.q.46.n.9.
Declaratur procedere, quando appellatio eſſet deſerta ex voluntate, non autem ſi deſerta fuerit declarata per iudicem, captra dagnate appellante.præſentatis iui b.r.& ſcriptura.ibid.n.10.
Acceſſionum appellatione ſeu nomine, hypotheca, & pignora numerantur. q.75.n.15.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, quando non eſt diuerſa ratio inter principale & acceſſorium.q.49.n.20.
Et aliquando ſeparatur à principali.ibid.n.21.
Alueo quod accedit, cenſetur eſſe illius pars vero vel ſoli. q.46. num.15
Accipiens bona in ſolutum non poteſt agere de euictione, ſi litem motam non denunciauit.q.4.n.2.
Accuſans alienare non poteſt poſt ſententiam, & ſi alienat, reuocatur.q.69.n.20.
Sed verum emptori pretium reſtitui debeat diſtinguitur, & declaratur.ibid.n.21.22.& 23.
Actio euictionis quare detur aduerſus venditorem.q.1.n.2.
Actio ad intereſſe tantum datur in cauſa euictionis ſecutæ. q.1. num.12.
Actione ex empto intereſſe debetur, quatenus ex dicta de empto actione infertur.q.1.n.11.
Actiones omnes continentur, quibus rem, ſeu æſtimationem proſequimur in ſimplici perſecutione.q.1.n.12.& 13.
Actio euictionis competit ei qui emptionis titulo acquirit, vel alia ſimili cauſa onereſa.q.1.n.1.& 21.
Actio euictionis competit aduerſus venditorem, & illius hæredes. q.7.n.5.
Actio euictionis vt detur, quæ requirantur, vide in verb.euictio.
Actio euictionis ad hoc vt competat, acto requiratur, & quæ.q. 3.n.1.
Actio euictionis vt competat, debet fieri denunciatio per emptorem venditori q.7.n.7.
Rationem vide num.ſeq.
Actione ex ſtipulatu quæ veniat.q.20.n.32.
Actio quanti minoris, quanti æſtimanda, referuntur opiniones.q. 24.n.41.
Actio redhibitoria datur in emphyteuſi.q.22.n.7.
Actio redhibitoria ex animalibus, & beſtiis ex morbo, & vitio competit.q.23.n.3.
Actio quanti minoris præſcribitur anno.q.25.n.21.
Tempus tamen eſt vtile, & ignoranti non currit, niſi ignorantia ſit ſupina.ibid.n.32.
Actione quanti minoris & redhibitoria an renunciare poſſit.q.25. n.37.vbi diſtinguitur.
In actione quanti minoris libellus qualiter formetur, remiſſiuè vide.q.25.n.fin.
Actio ad duplum non competit poſt rem reſtitutam, quando res eſt per hypothecariam euicta.q.39.n.3.& n.ſeq.
Contrarium.n.7.
Diſtinguitur.n.8.& ſeq.
Actio de euictione datur etiam filio emptori, qui tempore contractus eam non habebat, ſed habuit in futurum. q.48.n.7.&26.& q.113.n.14.
Fallit, ſi vir prouenit à facto eius antecauſæ, vel ſui authoris.cuius factu non tenetur.q.48.n.9.
Actiones non habentur pro confuſis vbi hæres damnificatur. q. 49.n.1.
Actionum confuſio quæ reſultat ex aditione hæreditatis factæ per creditorem defuncti, eatenus durat, quatenus hæreditas in effectu eſt penes illum, ſed ſi eo aliam transferatur, de æquitate reuiuiſcunt.q.49.n.6.
Vel ſaltem de nouo ad imponendum quis cogitur, & n.8.ibid.
Et obtinet in abemptore hæreditatis, quod à quolibet extraneo hærede conſequeretur.ibid.n.7.
Ampliatur procedere etiam quando hæreditas eſſet euicta per querelam inofficioſi ab eo qui fuit hæres inſtitutus.ibid.n.9.
Niſi fuerit in dolo vel mala fide.ibid.n.10.
Et reſtituuntur actiones priſtinæ, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit. ibid.n.11.
Actionis hypothecariæ confuſio non fit vigore ſucceſſionis. q.59. nu.19.
Et de ratione. ibid.
Declaratur, & diſtinguitur.ibid.nu.21.
Actio pro euictione non datur emptori, cui aliquid imputari poteſt.q.13.n.2.
Actio executiua competit pro legatis ex veriori & magis communi.q.66.n.15.
Contrarium.n.16.
Et quod in legato quantitatis,& ſpeciei.ibid.n.17.
Actio hypothecaria datur pro legato.q.66.n.18.
Item,& officium iudicis. ibid.n.19.
Et hypothecaria electa poteſt ad officium iudicis accedi.ibid.n.20.